

Resp. Est eadem ἀπάτη. Phrasis enim ex **Deo esse**, est ambigua, & geminum habet sensum. Nam ex Deo esse aliqvid dicitur, vel per creationem, vel per gratiosam regenerationem. Hoc posteriori modo sumitur in *majore*: isto autem in *minore*. Et sic sunt quatuor termini.

**4. Q**vicunq<sup>s</sup> habet brachia, est corporeus.  
**D**eus habet brachia,  
**E.** Deus est corporeus.

Resp. Ambiguitas est & geminus sensus in Phrasī *brachia habere*. In *majore* sumitur propriè: in *minore* figuratè pro fortitudine & potentia Dei.

**5. Nullus qui reprobabilis est, potest esse Episcopus.** I. Tim. 3. 2. δει ἀνεπίληπτον εἶναι.

**O.** homo est reprobabilis.

**E.N.** homo potest esse Episcopus.

Resp. irreprobabilem esse διχῶς potest intelligi: vel enim significat prorsus ἀναμάρτυτον esse: vel turpissimorum scelerum non esse reum. Si prius intelligitur, falsa est *major*, *minor* vera. Ubi enim invenies homi-